

Ant.  
vii.  
toni.

BENEFAC. Ps. 124. Qui confidunt in Dómino,

sicut mons Si-on : \* non commovébi-tur in ætérnum,

qui hábitat in Jerú-salem.

Montes in circúitu ejus : \*  
et Dóminus in circúitu pó-  
puli sui, ex hoc nunc et  
usque in sæculum.

Quia non relínquet  
Dóminus virgam pecca-  
tórum super sortem justó-  
rum : \* ut non exténdant

justi ad iniquitátem manus  
suas.

Bénéfac Dómine bonis, \*  
et rectis corde.

Declinántes autem in obli-  
gatiónes, addúcet Dóminus  
cum operántibus iniquitá-  
tem : \* pax super Israel.

Ant. BENEFAC Dómine bonis, et rectis corde.

Ant.  
j.  
toni.

FACTI. Ps. 125. In converténdo Dóminus capti-

vi- tátem Si-on : \* facti sumus sicut consolá-ti :

Tunc replétum est gáudio  
os nostrum : \* et lingua  
nostra exsultatióne.

Tunc dicent inter gen-  
tes : \* Magnificávit Dómi-  
nus fácere cum eis.